Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia innocentię suę puritate. quę uestis
est sacerdotalis. ad obsequiū dī patris accin
gitur. Tunicā paruā mater sua ei facit.
quia beata semp uirgo MARIA. de
sua carne humanitatis formā cū induit.
in qua & sub qua diuinitatis eius speciē huic
mundo contegit. Quā scilicet tunicā spē
sēs texuit. quia eā suę uirtutis obumbratio
ne inpregnauit. Quā scilicet tunicā sta
tutis diebus illi attulit. scilicet ī plenitudi
ne tēporis. quā ipse dī unigenitus ante con
stitutionē mundi disposuit. Cū uiro suo
ascendit. quando cū illo suę uirginitatis
ministro. qui uir eius esse putabatur. de galy
lea in bethlehem in descriptione census
ascendit. sicut euglista dicit. Ascendit autē &
ioseph a galylea ī bethlehem. cū MARIA
desponsata sibi uxore pregnante. Vt immo
laret hostiā sollempnem & uotū suū. Beata
uirgo MARIA sollempnē hostiā immola
uit. dū contra illud infelicis euę eulogiū.
cui dictū est. in dolore paries filios tuos.
ipsa totius doloris expers. ineffabili & incō
parabili cordis sui lęticia. dī filiū generauit.
Votū suū beata uirgo īmolauit. dū pro eo quod
suā dō uirginitatē prima omniū dedicauit.
p unigeniti dī incarnationē. totius huma
ni generis redemptionē propagauit. Huic litterę
littera illa legis opponitur. in qua scriptū legitur.
Erat autē nemroth robustus uenator corā
dnō. Per nemroth quia tyrannus. uel profugus. uel
transgressor interpretatur. diabolus recte fi
guratur. qui dī profugus. quasi tyrannus. in trans
gressione mandatorum dī. per orbem terrarum de
bachatur. Qui robustus uenator dicitur. quia
omnes in hunc mundū progredientes. ad mor
tem p mortis pedissequā culpā insequitur.
Corā dnō uenari dicitur. quia diuinę potesta
tis freno restringitur. ne quantū desiderat. no
cere prualeat. Contra hec ergo robustū uena
torē puer iste samuel progreditur. quia
cū superbo illo tyranno. humilis & pau
per uirginis filius congreditur. Vterque
corā dnō esse describitur. quia & per huius
humilitatē. dominus pater mundo reconci
liatur. & illius superbiā extremi iudicii
animaduersione ulciscitur. Heli helcha
nę benedicit. cū uetus sacerdotiū. p
parte fideliū. fidē sanctorum patriarcharū
imitari contendit. Vxori eius benedicit.
dū sanctę ęcclę mysteria. in fide. spe. & di
lectione peragit. Dū enim in spe uenturi
filii dī. legis decreta custodit. quasi
uenturi quandoque euglii saluti benedi
cit. Reddat inquit tibi dnus semen de
muliere hac. pro fenore quod cōmodasti
dnō. Sancta ęcclesia fenus dnō cōmodat.
dū fidē & dilectionē ipsi prorogat.
pro qua ęternę uitę remunerationē ab eo
percipiat. Semen ei redditur. cū gratia pro gratia
datur. & pro fide & dilectione. ęterna
illi adeo remuneratio confertur. Hel
chana & anna in locū suū abeunt.
dū ordo sanctorum patriarcharū. & sancta ęcclesia.
p fidei. spei. & dilectionis uestigia. ad
passionis dominicę mysteria pertingunt.
Annā dnus uisitat. cū dominus pater sanctam ęc
clesiā misso de cęlis spū sancto fecundat.
Tres filios anna generat. cū sancta ęcclesia
prelatos. continentes. & coniugatos. se
habere exultat. Duas filias generat. cū
in actiua & contemplatiua uita fructi
ficat. Puer samuel apud dnm mag
nificatur. cū xpc per predicationē apostolorum
in orbe terrarū glificatur. SEQVIVR.
Heli autē erat senex ualde. & audi
uit omnia quę faciebant filii sui
uniuerso israeli. & quomodo dormiebant
cū mulieribus quę obseruabant ad
ostiū tabernaculi. & dixit eis. Quare